# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


## Postilla (interpolata) super epistolas Pauli - Cod. Aug. pap. 31

**Nicolaus <de Lyra>**

**[Reichenau], 1435**

Ad Philemonem

urn:nbn:de:bsz:31-73039

Visual Library

qualiter tytus et sui subditi se debent
habere erga hereticos d. Hereticum hominem
qui recepit fidem catholicam et postea cor-
rumpit eam post unam et secundam correp-
tionem quo dicitur Gen. primo Et factum est
vespere et mane dies unus i. primus
et secundum correptionem devita et facias
ab aliis devitari ne per eum inficiantur
alii sciens quia subversus est abque iudi-
tio et hoc declarat cum subdit proprio iudicio condem-
natus quia fidem quam recepit ut
veram impugnat ut falsam ¶ Cum
misero hec est ultima pars huius epistole
que dicitur eius conclusio in qua apostolus tyto
mandat et eum salutat dicit igitur Cum
misero ad te arthemam vel tichicum ad re-
gendum in absentia tua populum tuum fes-
tina ad me venire nicopolim quia apostolus pro-
ponebat ibi manere per aliquod spa-
tium temporis ideo mandabat pro tyto ut
illo temporis spatio posset eum plenius
informare de ecclesiastica disciplina. Ze-
nam legis peritum et apollo sollicite pre-
mitte i. prius quam ad me venias re-
mitte ita sollicite providendo eis de necessariis
ut nihil desit eis in via erat enim ap-
pollo episcopus chorinthiorum sed propter sedi-
tionem adversum se concitatam per pseudo
apostolos discesserat cum zena socio suo ve-
nientes ad tytum cretensem episcopum sed
sedatis chorinthiis per epistolas pauli man-
davit tyto ut prius quam veniret nico-
polim ad eum remitteret eos de creta quos apostolus
prius nominat zenam et dicit eum legis
peritum non est eo quod esset maior vel peritior
sed quia dignitas temporalis apollo et apol-
lo et eius sua erant note et fa-
mose non sic autem alius ideo prius eum
nominavit et peritum expressit ne circa
compulsionis circa apostolum negligeretur ¶ Et
si queratur unde fieret ista provisio re-
det dicens Discant autem et nostri i. cre-
tenses nobis subditi bonis operibus pre-
esse i. ministrare scilicet ministrando doctori-
bus ad usus necessarios non superfluos.
ut non sint infructuosi et sic con-
dempnentur et in ignem mittantur sicut ar-
bor infructuosa de qua dicitur Omnis arbor
que non facit fructum excidetur et in
ignem mittetur ¶ Consequenter salutat
eum ex parte sociorum suorum d. Salutant
te qui mecum sunt omnes et quorum nomina
tacet propter brevitatem Saluta eos
qui nos amant in fide i. fideliter
et non ficte ¶ Consequenter salutat
omnes generaliter dicens Gratia dei que
est caritas vite beate cum omnibus vobis semper
sit amen

Explicit postilla fratris nicolai
de lyra sacre theologie doctoris
super epistolam ad tytum

Incipit postilla super epistolam ad philemo-
nem.

P[aulus] vinctus
christi incipit epistola
ad philemonem Et
dividitur in tres
partes scilicet in saluta-
tionem et prosecutionem
ibi Gratias ago

et conclusionem ibi Confidens. In prima parte ponitur salutantes persone cum dicitur paulus vinctus ihesu christi . i . incarceratus pro fide ihesu christi . hic non nominat se apostolum quod est nomen dignitatis sed vinctum christi ihesu quod est expressiuum pietatis eo quod intendebat mouere philemonem ad pietatem erga onesimum pro quo scripsit hanc epistolam philemoni ut patebit prosequendo ¶ Et timotheus frater . hic adiungit in salutatione quem erat dilectus philemoni ut sic petitio sit magis exaudibilis non solum pro reuerentia pauli sed etiam pro amore thimothei . 2° ponuntur persone salutate . cum dicitur philemoni dilecto et adiutori nostro in ope predicationis et appie sorori carissime . hec ut dicit glossa erat uxor philemonis . et ei nominatur in salutatione ut inclinet philemonem ad petitionis exauditionem . et archippo commilitoni nostro in milicia christi viriliter resistendo aduersariis fidei et iste nominatur eadem ratione qua et appia . et ecclesie . i . congregationi fidelium que in domo tua est . Nam tunc eo plures fideles habitabant . 3° ponuntur optata bona cum dicitur gratia vobis et pax etc . et exponatur sicut in principio epistole precedentis ¶ Gratias ago . hic consequenter ponitur huius epistole prosecutio et diuiditur in duas partes quia primo paulus captat philemonis beniuolentiam . 2° format suam petitionem ibi propter quod . Circa primum dicit Gratias ago deo meo scilicet actu uel habitu uel semper . i . omnibus temporibus ad hoc decentibus memoriam tui faciens agendo gratias de bonis tuis preteritis et deprecando pro futuris audiens caritatem tuam et fidem . i . commendationem tue caritatis et fidei referentibus in quam habes in domino ihesu tui sunt fideliter et in omnes sanctos tui tua bona communicas misericorditer . Ut communicatio etc . hoc refertur ad id quod supra dicitur memoriam tui faciens in orationibus meis . scilicet orando . Ut communicatio fidei tue in effectum quo seruis christi fideliter et sanctis eius ministras misericorditer euidens fiat per receptionem fidei sue in agnitione omnis boni . i . in clara dei visione in quo est omne bonum in christo ihesu . i . per ipsum christum tamquam per mediatorem nostrum . Vel dicitur in christo ihesu quia bonum restituitur intus in aspectu sue deitatis et exterius in aspectu sue humanitatis ¶ Gaudium enim magnum habui etc . quia bonum discipuli redundat in bonum magistri quia uiscera sanctorum requieuerunt per te frater ¶ Consolatus enim fuit verbo et etiam victualia ministrando hec autem commendationem et consimiles non faciebat apostolus ad adulandum sed ut prouocaret ad maius bonum quia virtus laudata crescit ¶ Propter quod . hic consequenter apostolus format suam petitionem et 2° remouet excusationem ibi Forsitan enim ¶ Circa primum dicit propter quod i . propter caritatem tuam auditam multam fiduciam habens in christo ihesu i . pro amore christi ihesu imperandi tibi quod ad rem pertinet . i . quod est decens et racionabile . propter caritatem inter me et te mutuam . magis obsecro cum sis talis vita et etate . Ut paulus senex propter quod magis volo uti deprecatione

impio Unde et scribens thimotheo dicit
prima eplã capitulo v° Seniorem ne in
crepaueris sed obsecra ut patrem Nũc autẽ
et vinctus ihũ xpi q. d. senectus mea et
incarceratio mouere debent ad acquiescendũ
mee deprecationi que subditur cũ dicit Ob
secro te pro meo filio spũali · quẽ genui
in fide in vinculis exponẽs qualiter quod
tenerius ipm̃ diligo · qui e aliq̃n inutil
fuit tibi tollendo quando erat infide
lis · nũc aũt conuersus in xpo est
michi et tibi utilis seruiendo fideliter
et michi et tibi quem remisi tibi me
lioratũ Tu aũt illũ ut mea uiscera
suscipere · i · ut filiũ meũ carissimũ
ac si fuisset genitus ex meis uisceribus
quem ego uolueram mecũ detinere
ut pro te · qui filius meus es iam
diu est michi ministraret · ut sit
seruus tuus · et sit michi ministrans
per ipm̃ In vinculis ewangelij · i ·
in quibus sum alligatus pro predicatione
ewangelij Sine autem consilio tuo ·
i · sine assensu tuo · nichil uolui fa
cere de eius retentione · ut ne uelut
ex necessitate bonũ tuũ esset · i · ne
bonũ ministeriũ quod fieret michi per
eũ qd̃ secundum ueritatem debet dici tuũ
eo quod est seruus tuus uideretur magis
coactũ quam uoluntariũ ex parte
tua ¶ Forsitan enĩ hic consequenter
remouet duplicem excusationẽ quã
posset iste philemon facere Prima
est quia onesimus abeo recessit ipso
nesciente propter quod non debet
ab eo iterum recipi gratiose Hanc au
excludit apostolus per hoc quod ille
recessus cedit ad bonũ philemonis
q. d. Forsitan enim discessit ad horam
ate · i · modico tempore · quasi

nichil e computandũ respectu pluris Ut in
eternũ illum reciperes · i · non solum
in presenti ad tuũ seruitiũ paratũ sed et
in futuro tecũ ad celi gloriam ordinatũ
quod subditur Iam non ut seruũ sed
pro seruo carissimũ fratrem religione xpi
ana · maxime michi scilicet carissimũ eo
quod in fide genui eum ut predictũ e
quanto autem magis tibi supple debet
esse carus magis quã ante recessum
ipsius et in carne quia seruus tuus e
ad seruiendum tibi corporaliter · et in dño
quia factus e fidelis ad regnandũ te
cũ eternaliter ad concludit Si ergo
habes me socium tibi ueri ssima cari
tate coniunctũ et acceptũ scilicet pro qua · ergo
suscipe illũ sicut me · i · dulciter et
benigne ¶ Si autem hic remouet
secundã excusationem quam posset philemõ
dicere quod onesimus recedendo intulit
sibi dampnũ in persona uel in suis
rebus quod remouet apostolus per hoc
quod obligat se ad satisfaciendũ pro eo q. d.
Si aũt ad nocuit tibi in persona tua
aut in familia aut debet ex obligatione
aliqua computa michi tamquam debitori
ego paulus scripsi manu mea ad ma
iorem certitudinem ego reddam · i · sa
tisfaciam xpo dño qui e superior omnium
quod subditur Ut non dicam tibi Cuius
subditur ratio cum dicit quod et te ip · i ·
quia et te ipm̃ michi debes eo quod es cre
atura mea in fide catholica et in instruc
tione ewangelica q. d. magis exigo a
te quam michi debeas Ita frater
ego te fruar in dño · i · gaudebo de te
in deo si feceris quod peto Refice uisce
ra mea complendo desideriũ meũ

in hac ꝗ postilla In dño. a. ꝑ dum
principaliter et apte me secundario ¶
Confidens ꝛc. Hec ē ultima pars uel
uel epistole conclusio in qua primo dicit
se scripsisse philomoni confidens de prom-
titudine sue obedientie dicens Confidens
ꝛc. et patet. 2o mandat sibi hospitium
parari ex amicicia speciali dicens Simul
autem ꝛc. 3o salutat ex parte sociorum
suorum d. Salutat te epaphras ꝛc. et
ultimo benedicit ei et aliis simul d. Gratia
domini nostri ihesu xpi que ē causa vite beate
cum spiritu vestro sit. per secula
Amen

## Incipit epistola ad hebreos

Cum venit quod
perfectum est e-
vacuabitur quod
ex parte est. prima
ad cor. 13. Quo-
niam etiam illi
qui de iudaismo
convertebantur ad fidem xpi nimis
zelabant et indiscrete pro lege moysi
secundum quod scribitur in libro actuum
apostolorum in quo quidem libro recitatur
historia nascentis ecclesie. Ut dicit
ieronimus in epistola ad paulinum. Vii
xpo capitulo introducitur. Verba beati ia-
cobi loquentis ad paulum apostolum de iudeis
conuersorum ad fidem xpi pro lege moy-
si dicentis. Vides frater quot milia sunt
in iudeis qui crediderunt xpo et omnes
sunt emulatores legis ꝛc. et in tantum pro
lege moysi zelabant quod dicebant esse ne-
cessarium ad salutem eam observari ut
habetur actuum 15. Quidam descendentes de iudea
in anthiochiam ubi erat ecclesia fidelium
inchoata. Docebant fratres quia nisi cir-
cumcidamini secundum morem moysi non potes-
tis salui fieri. Et inde orta fuit heresis
nazareorum dicentium observantiam omnium le-
galium esse necessariam ad salutem ut dicit aug9
libro de heresibus. Paulus igitur adeo
doctus non solum interius per inspirationem
sicut ceteri apostoli sed etiam aliquas exterius
mediis per apertam visionem in rap-
tu secundum augustinum ad paulinam de videndo
deo. Videns hoc scilicet observantiam lega-
lium esse contra evangelii veritatem scrip-
sit hanc epistolam iudeis hebreis ad fidem xpo
conuersis in ea manifeste ostendens imper-
fectionem legis respectu evangelii et
per consequens eius cessationem in tempore per-
fectionis quod est tempus xpi. Et ex
hoc patet quare ista epistola inter epistolas pau-
li prima est ex ordine doctrine licet sit
ultima scribendi tempore ut patet ex
duobus primo ex modo scribendi quia hanc
epistolam scripsit apostolus hebraice ut ma-
gis crederetur in sua scriptura autem
hebraica antiquior est inter omnes
secundum quod dicit libro 1o ethimologiarum
Unde et alie lingue dicuntur ab hebraica
et quantum ad sonum et quantum ad notationem